


Iniquis & reuersis,
 Libera me de sanguinibus
 Dexteræ tuæ virtutis;
 Vt exultet lingua mea te Deum salutis.
 Aperi os meum, laudabo Te.
 Terge tristitiam,
 Redde lætitiã, confirma me.
 Aperi &c.
 Hysopo asperges me, mundabor:
 Lacte, niue candidior
 Nitidior dealabor totus vere.
 Miserere &c.

Sic POENITENTIA speciosa
 In DAVIDE triumphat GLORIOSA.



SACRAMENTO

PIETRO TORREFRANCA



CONSERVATORIO DI MUSICA B. MARCELLO
 FONDO TORREFRANCA
 LIB 3044
 BIBLIOTECA DEL
 VENEZIA

PŒNITENTIA
 IN DAVIDE GLORIOSA

PER PHILIPPVM CAPISTRELLIVM ROMANVM,
 Litterarum Apostolicarum Min. Grat. Scriptorem
 ex secundi Regum cap. XI. & seq.

Rythmicè.

A D. IO: ANTONIO COSTA PRESB. PAPIENSI
 Academico Philarmonico Bononiæ: in Capella
 Regiæ Soc. Immaculatæ Virginis Conceptionis Papiæ
 Chorostata

In Sacello ARCHICONS. SANCTISSIMI CRVCIFIXI
 Feria sexta post secundam Dominicam Quadragesimæ.
 Harmonicè expressa.



ROMÆ, Typis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, 1694.

Superiorum Permissu.

ARGOMENTO.




Daide (figliuolo di Gesse, della Tribu di Giuda, già unto in Rè da Samuele Profeta, poi inalzato al Trono doppo la morte di Saulle primo Rè d'Israel, essendo Pontefice Abiatarre) ragguagliato della morte di Naa Rè de gli Ammoniti, spedisce ad Annone suo figliolo, e successore di quel Regno Inuiati sì per atti di condoglienza, come di rinouatione dell'amistà, che passaua con il difonto Rè: quando i Prencipi Ammoniti, riputando simile officiosa dimostrazione, una orpellata exploratione delle forze del Regno, persuadono viuamente il Rè à segni di risentimento.

Annone con resolutione giouenile, non inferiore à gli Anni, comanda, che à gl' Inuiati di Daide si rade mezza barba, e così mezzo rasi, e mezzo nudi li rimanda in Gierosolima.

Stimolato da una tale ingiuria Daide gli intima la guerra, e à tal effetto si auanza contro de gli Ammoniti la Militia Ebraea sotto la condotta di Gioab figliolo di Saruia Prencipe della Militia con felicissimi progressi, che lo animano all'assedio di Rabba Capitale degl' Ammoniti.

Daide in tanto vn giorno passeggiando per la Loggia del suo Palazzo, gli vien dato di occhio alla Casa di Vria Eteo iui contigua, e vidde Bersabea sua Consorte figliola di Elia di Achitofele dentro il Bagno, dal di

2609



Ex Libris
Fausto Torre Franca

CONSERVATORIO DI MUSICA B. MARCELLO
 FONDO TORREFRANCA
 LIB 3044
 BIBLIOTECA DEL VENEZIA

⁴
cui rifleso, benchè uscito dall'Acque, infiammato il Rè, somministrandoli l'opportunità l'essere Vria alla Guerra, cade abbattuto dal senso Ei, che haueua domato Giganti, Mostri, e Furie.

Per occultare il delitto Dauidè persuade ad Vria, ritornato dal Campo il portarsi alla sua Casa, mà ricusandosi da lui ciò fare, determina di ritornare al Campo, e riceue dal Rè lettera diretta à Gioab, nella quale imponeuali Dauidè, che ponesse alla prima fila Vria, acciò ne primi assalti de nemici restasse morto.

Si essequisce da Gioab il tutto, e del seguito ne ragguaglia il Rè, quale manda il Messo, venuto dal Campo, à Bersabea, che nel pensar di udire prosperità del Consorte, resta accertata della di lui perdita.

Bersabea improuisamente colpita dall'accidente funesto, vien consolata con le future Regie Nozze.

Terminato il lutto, si celebrano le nozze di Dauidè con Bersabea.

Gionge nuouo espresso dal Campo per auuisare Dauidè di soccorso, per abbatte Rabba, e nello stesso tempo di Ordine d'Iddio per riprendere Dauidè de gli errori suoi, Natan Profeta della Città di Gaba, nella Galilea. Questi dunque preparato l'animo del Rè con la Parabola, lo riprende delli falli, e l'induce à penitenza.

Che con virtù speciosa,

Si mira anche oggi in **DAVIDE GLORIOSA.**

PER

P E R S O N Æ.

- Dauid filius Iesse, Rex Hierusalem.
- Nathan Propheta Gabath Galileæ.
- Ioab filius Saruix Princeps militiae.
- Vrias Etheus.
- Bethsabea filia Elia filij Achitophelis Vxor Vriae Hethçi.
- Aulicus Regius.
- Nuncius Ioab.
- Exercitus Hebræorum.
- Exercitus Ammonitarum.
- Chorus Canentium.
- Chorus Virginum.

A 3 Im-

PARS PRIOR

Exerc. Heb.



Victoria, Victoria!
Vrbs vastanda,
Gens perdenda,
Desolanda,
Prosternenda
Est à nobis Dei Gloria.
Victoria, Victoria.

Ioab .

In Rabba, & eius Incolas
Surgite strenuissimi ;
Rex iubet, quod Deus imperat,
Adest Ioab impavidus ,
Ammonitas comprimite,
Hos obstinatos perditos opprimite .

Eia milites fortiter agite
Non vos terreat impetu mors :
Super mœnia volantes volate ,
Impugnantes , Inuicti, expugnate,
Nobis ridet Victoriæ fors .
Eia &c.

Vrias .

Socij , Animo festinemus
Nostras ad Palmas manus excitemus ?
Cor Vriæ non tepescit ,
Dum feruescit belli fax :
Post aduersos Hostium ietus,
Post conflictus viget Pax .
Cor Vriæ &c.

Exer. Heb. & Ammon.

Armia arma sumamus :
Ammon. Aggressores
Hebr. Defensores

A 4

Am-

Imprimatur .

Si videbitur Reuerendiss. Patri Sac. Apostolici Palatij Magistro .

Sperellus Episc. Interamnen. Vicesg.

Imprimatur .

Fr. Franciscus Maria Forlani Reuerendiss. Patris S.A.P. Mag. Soc. Ord. Præd.

Am

A

8
Ammonitæ . Reijciamus Heb. Repellamus .

Ammon. Cadite,

Hebr. Cedite,

Ammon. Fugite,

Hebr. Ruite,

Ammon. Per eant Israelitæ

Hebr. Concidant Ammonitæ,

Ammon. In impetu furenti,

Hebr. In brachio potenti,

Am. & Heb. Dispersi, vt puluis ante faciem venti.

Vrias. Heu, heu, quo mortis telo,

Ego belli in ardore extinctus gelo .

Morientis sume vale

Cara Sponsa, Patria, Rex :

Vniuersæ carnis vias

Ecce ingreditur Vrias,

Cui est gloria acerba nex :

Morientis &c.

Nunc. Audi Ioab, & consule :

Egressi viri in impetu

In nos insurrexerunt :

Vrias Hethus, & plures ceciderunt :

Infauista vereor .

Ioab. Plorans, Vriæ interitus misereor .

Perge miles accelera,

Dauidi euentum dicito .

Nunc. Vt Duci meo obtemperem,

Pergo pede sollicito .

Ioab. Eia Vos confortamini,

Inuadite, aggredimini,

Est Deus noster Dux :

Ad fortia roboramini,

Insidias insequimini,

Repellit umbras lux :

Eia &c.

Cl-

9
274
Clamoribus,

Fragoribus,

Ad Astra resonate,

Clamate, reboate .

Exer. Hebr. Clamemus, certemus :

Nobis arrident sydera, vincemus .

Dauid. Cogitavi in mente mea,

Tegere meum delictum :

Sic Vriam in Prælio

Vbi esset fortissimum,

Iussi, poni relictum,

Ne compressa lapidibus

Ob Adulterij excessum

Periret Bethsabea,

Et decus sceptri mei foret depressum,

Umbras vulgi non timeo,

Quia Regni sol est Rex :

Ad mandata

Confirmata

Quamuis stringat Reges lex :

Umbras &c.

Nuncius. Salue Regum fortissime,

Venio Ducis Ioab Nuncius, & miles .

Dauid. Hostium refer conflictus,

Et exercitus fortia .

Nuncius. Imperator inuictus,

Et agmina consortia

In Rabba obsidione

Se gerunt strenuissime :

Dauid. Vriæ præstantiam files ?

Nunc. Referre hoc veni . Scias illo in agone

Vitam Vrias amisse nimio ardore .

Dauid. Cordis præmor dolore !

Ad Bethsabee propera,

A I

Ei

Ei narra euentum flebilem ;
Cura, vt tollas fatalia,
Noua Regis exponere sponsalia .

Nunc. Volabo, vt acquiescat ,
Et nouis nuptijs Vidua hæc ardescat.

Sic retribuit Regius fauor
Cui fuit fors pro Rege mori :
Nunc ab alijs fugiet pavor,
Præualebit spes timori :
Sic &c.

David . En geminus excessus!
Per Bethsabæe , & Vriam
Duplicem sum ingressus
Iniquitatis viam .

Fortis miles, tu cadendo
Meum transfigis Cor, & pectus :
In te seuijt Ammonita,
Sed te solum priuat Vita
Cordis mei impius affectus .

Bethsab. Mi Coniux , quando venies ?

Si Victor redibis ,
Si palmis aduenies ,
Cor meum gaudebit ;
Languabit , si forte peribis .
O fera, ò dira fors ,
O sponse amate, mea foret tua mors

Care,
Veni me consolare amata spes :
Redi noli tardare, vt gaudium des .
Care &c.

Nunc. Vale Viri fortissimi
Formosissima mulier .

Beth. Quid nuncias ? quæso indica,
Ne meam affligas Animam .

Nunc. Pro Deo , pro Lege,
Pro Patria , pro Rege ,
Fortiter dimicando ,
Acerrime pugnando,
Vrias . . .

Beth. Vrias
Ammonitas superauit,
Super moenia euolauit,
Cum in prælio incubuit ?

Nunc. Vrias . . .

Beth. Vrias
Pro Deo, pro Lege,
Pro Patria, pro Rege,
Cum in prælio incubuit ?

Nunc. Gloriosissime . . .

Beth. Gloriosissime ,
Nunc. Gloriosissime occubuit .

Beth. Vrias . . .
Nunc. Gloriosissime occubuit .

Beth. Vrias occubuit, & viues Bethsabæa ?

Iam subdita dolori
Cupio dissolui, & mori ,
Cum perijt ,
Cum interijt
Vnica cordis mei Vrias spes mea .
Vrias occubuit, & viues Bethsabæa ?

Vox Turturis flentis
Det mecum suspiria ,
Aura montis , vnda fontis ,
Vagando , spirando ,
Meæ miserae mentis
Pre amore, dolore
Inspiciant deliria .

Vox &c.

Nunc. Vt nubes fugat Aquilo ,

Ira in tuo vultu redeat
 Splendor ille formosior,
 Est post nubila Phœbus speciosior.

Terge luctus, iucundare
 Mœsta nimis Bethsabea:
 Illa in strage
 Sunt Vriæ vulnera plagæ
 Regis Davidis trophæa.
 Terge &c.

Beth. Vriæ occubuit, & viues Bethsabea?

Fallax Rex, impie, crudelis,
 Redde sponsum, redde honorem:
 Tu in Confortem
 Paras mortem,
 Et in me fingis amorem.
 Fallax &c.

Fallor in mente mea;
 Necis dilecti mei Ego sum rea.
 Tu Cordium Scrutator
 Furorem verte in me:
 Rebellis
 Mundo, & stellis,
 Qui mei vixisti amator,
 Vriæ sum pro te.
 Tu Cordium &c.

Nunc. Sat funeri, sat lacrymis,
 Sat dedisti mœroribus,
 Surge, repelle nubila,
 Excita Cor ad iubila;
 Nam si ammisisti Hætheum,
 Habes in Sponsum tuum Regem Hebreum.

Beth. Sine, me consolari,
 Et mecum plange:

Nunc. Desine contristari

Et

Et tristia frange
Beth. Inconsolabile est meum)
Nunc. Sit exorabile tuum) *Cor:*

David. Dies transeunt, dies redeunt
 Sed vexationes animi
 Semper Cor meum reuoluunt,
 Et spinis mentem meam vndique inuoluunt.
 Vestra lumina caute vertentes,
 Roboramini humanæ pupillæ:
 Quia in pectore, & Corde excitabunt,
 Suscitabunt per flammæ furentes
 Præua incendia amoris scintillæ.
 Vestra &c.

Chorus. Regia Verba intelligite
 Vos qui Terram iudicatis:
 Auertite oculos,
 Ne videant obiecta vanitatis.

PARS

PARS ALTERA.

Aul. Reg.



Int ioci plausus undique,
Ludite cytharis aureis,
Obsequentes præcinite,
Et Regi, & Sponsæ laudes concinite.

Ch. Can.

Eia omnes iubilemus,
Choræas ducamus,
Pæana canamus,
Regias Nuptias celebremus.

Eia &c.

Aul. Reg.

Vos flores, vos rorës,
Odores, liquores,
Spirate, stillate:
Hanc Regiam replete,
His Nuptijs fauete,
Dauid Sponsam decorate.

Vos &c.

Ch. Canent.

Viuat Sponsa, viuat Rex
Vobis reddit laudis Vota:
Plebs deuota, fidus Grex:
Viuat &c.

Aul. Reg.

Inter modulos sonoros
Soluat hymnos omnis vox:
Animatos date Choros,
Et Auroræ
In fulgore
Æmuletur ista Nox.

Inter &c.

Sonitu pleniori personate,
Decantate, sit hæc Indictio Lex.

Ch.

Ch. Canent. Viuat Sponsa, viuat Rex, &c.

Nathan. Quod iam accèpi in spiritu,

Ego Nathan à Domino,

In Dauidem redarguam,

Qui si corruit lapsus ictu Amoris,

Surget iustificatus vi doloris,

Si cecidit, non collidetur,

Non conteretur Dauidis frons,

Eius Cor nunc dealbabit

Et Dei mundabit pietatis fons,

Si cecidit &c.

Nunc. Dauid mi Rex obaudi:

Dauid. Expone miles *Nunc.* Scias

Commilitones profugos

Deserere, spe vitæ, Belli vias.

Vt Turbo in medio aeris,

Furefcit hostium Gens:

Cum deficit consilium,

Deposcere auxilium

Adstricta est Ducis mens.

Vt &c.

Dauid. Debet agere fortia fortis Dux:

Nunc. Nulla lex in Victore:

Dauid. Dei Arcæ præst Lux:

Nunc. Milites in timore:

Dauid. Omne arduum deuincitur:

Nunc. Numine non secundo, numquam vincitur.

Dauid. Non semper cum tonat,

Dat fulmina Cælum;

Sed sæpe cum sonat

Retunditur telum.

Non &c.

Nunc. Vt tuorum saluci

Pro-

Prouide prois Rex :
Bellatorum virtuti
Sit tua voluntas lex :
Veni, accelera, inclina,
Viros electos ducere festina.

Cum pugnandum,
Vigilandum,
Vbi vigil furit mors :
Præuidendum,
Prouidendum,
Vt sinistra cedat fors.
Cum &c.

David. Perge tutus ad Castra

Dic: Mihi vt in Phylistijm assistunt Astra

Beth. Bethsabee ante oculos

Me increpans, me arguens,

Vriæ umbra obijcitur :

Facile est umbras tollere,

Quoniam Principum maculas

Solet virtutis specie Aula extollere.

Metus, fletus abite,

Blandiciæ redite,

Tristis memoria taceat:

Viuo regnans Bethsabæa,

Et Vriæ, Plebs Hebræa

Decantabit, quod pro Lege,

Quod pro Rege extinctus iaceat.

Tristis memoria taceat.

Aul. Reg. Filia Sion egredimini,

Sequimini, lætamini,

Omnes Reginae vestrae gratulamini.

Surge iam Regina, veni

Per hos calles, per has valles

vbi

Vbi grati, suspirati
Spirant Zephiri sereni.
Surge &c.

Ch. Virg. Eamus, curramus,
Ad montes, ad fontes,

Vbi læta rident prata, vernat flos.

Beth. & Aul. Reg. Adeamus ad Poma Conuallium:

Ad areolam aromatum,

Vbi læta micant Stellæ,

Lacte, & melle fluit Ros.

Ch. Virg. Eamus &c.

Nathan. Rex Iuste, fortis, prouide!

Detestabile facinus

Tibi cum proposuero,

Decernere ne desinas.

David. Audit David, cum me Nathan alloquitur.

Nath. Duo erant in Vrbe vna,

Diues simul, & Pauper:

Diues redundans opibus,

Plurimas obtinebat;

Sed præter Quem vnicam,

Quam emerat, quam nutrierat,

Pauper nihil habebat:

Accidit, illuc quemdam

Peregre proficiscentem

Diues in Domo exciperet,

Et exhibens conuiuium,

Parcens de suis sumere,

Sublatam pauperi ouem, sibi arriperet.

David. Sicut ignis inter spinas,

Super Impio consolabor,

Non delebo, cum sedebo,

Condemnabo, vindicabor,

Proh

Proh scelus, viuit Deus;
Vt retulisti errorem,
Renuncia mihi Authorem,
Qui est mortis Reus.

Nath. Dignus morte putatur?

Dauid. Dispereat, moriatur:
O inaudita res!

Nath. Siste: Hic Diues tu es.

Libet Deum, non Nathan vereri,
Si est vbique Dei nostri presentia:
Non inultum
Delictum occultum
Dei Iustitiæ permittit potentia.

Audi per meum eloquium,
Quid tibi dicat Dominus.

De Grega

In Regiam te posui
Iam Pastor, nunc Israel Rex:
Ingrate,
Hæc reddere Domino,
Sic Dei te docuit lex?

Bethsabeam violasti,
Vriam interfecisti.

Dauid. Peccaui, *Nath.* Peccasti,

Dau. Et mala commisi,

Nath. Et mala fecisti,

Quæ sunt) *D.* Contra me.
) *N.* Contra te.

Dau. Formido, *N.* Ne paucas,
Confide, *D.* Tu faueas,

Nath. Dei affluas)

Dau. Dei affluam) *Spe.*

Peccaui &c.

Nath. Non morieris, morietur

Filius, qui tibi est datus,
Quia contra Te indignatus
Ego in conspectu Israel,
Id quod fecisti abscondite
Sinistris euentibus nunciabo
Et gladium ire meæ euaginato:
Quæ audisti meditare,
Et te corripientem, Deum placare.

Dauid. Impulsus, euersus,

Dispersus, quid faciam?

Vbi, vbi nam fugiam

Miser, nisi ad te Deum:

Dimitte, vt plangam paululum errorem meum.

Miserere mei Deus, miserere.

Tuæ pietatis magnitudine,

Bonitatis plenitudine,

Fac benigne, vt valeam flere.

Miserere &c.

Cognosco iniquitatem,

In qua iam fui conceptus,

Odiui impietatem,

De qua per te ereptus,

Sum gloriose exaltatus,

Et ad occulta scientiæ tuæ eleuatus.

Munda immunda, noxia dele,

Quod optauit,

Quod patrauit,

Mens impura, Cor crudele

Non aspicias:

Cor contritum ne despicias,

Humiliatum intueri.

Miserere &c.

Tu Deus in meis visceribus

Spiritum rectum innoua,

Impijs ad te conuersis,

28297

Iniquis & reuerfis,
Libera me de sanguinibus
Dextera tuæ virtutis;
Vt exultet lingua mea te Deum salutis.

Aperi os meum, laudabo Te.
Terge tristitiam,
Redde lætitiã, confirma me.


Aperi &c.
Hyssopo asperges me, mundabor;
Lacte, niue candidior
Nitidior dealbabor totus vere.
Miserere &c.

Sic POENITENTIA speciosa
In DAVIDE triumphat GLORIOSA.



SACRAMENTO

PIETRO OTTOBONI



CONSERVATORIO DI MUSICA B.
FONDO TORI
LIB 30
TEGA DEL